

# FLORES COMITUM BORROMAEORUM

BORROMEAE FAMILIAE DEFINITIO EADEM EST, QUAE VIRTUTIS  
CONSUECUDINEM RECTE FACTORUM PRO NATURA CAEPIT HABERE.

MIRA IN ILLA SUNT OMNIA NISI QUOD IAM NOVA NON SUNT,  
RENASCI CREDAS IN POSTERIS, QUOD SEMEL ENITUERAT IN MAIORIBUS,  
UT IAM NON SINE CONSILIO, QUOS ITERUM REFICIT, RENATOS APPELLLT,

NON DESIDERAT ILLA QUOS HABUIT,

QUAE NIHIL IN IIS POTESC DESIDERARE QUOS HABET.

ASSIDUA ILLI CUM COELO COMMERCIA

DETERIORES NEQUIT ACCIPERE, QUAE NON NISI OPTIMOS DIDICIT DARE.

GIBERTI TAMEN FELICITAS NOTIOR, CUIUS ET FECUNDITAS UTILIOR MUNDO.

QUOD CAROLUM GENUERIT, NON EIUS TOTA LAUS EST.

NON DESCRIBO RENATUM, QUIA PRAESENS EST.

QUAMDIU VIXERIS, CAROLE COMES ILL., RENATUM OBIISSE NON CREDAM.

STAS PRO PATRIS EPITAPHIO FILIUS PATRE NON MINOR.

PARIA IN VOBIS OMINIA.

FILIORUM TAMEN TUORUM INDOLES IN DUBIUM REVOCAT

UTER SIT EST UNDCITATE FELICIOR .

*Aloysius Applanus Acad. Anim.*

## DE EORUMDEM RADIIS

## IN GIBERTI LUCE MICANTIBUS

## OESTRUM

Unde unde Musis orgia? Maenadas

Nutrire Pindus caepit? anospite

Gauisa Phocis BORROMAEO

Tota hilari natat in procella?

Tot unde in unolumina. Adoream

De crine Phaebi gestat; an optimum

Profusa virtus in clientem  
Reddere Avos amat in Nepote?  
GIBERTUS illic lampade nobili  
Affine nomen lustrat, et aureos  
Pluens nitores, invidendum  
Lucifluo beat imbre pectus.  
Illic RENATI gloria fulgurat  
Renata terris, inde superbiam  
Facturus et natis, et Orbi  
Iunctus Avo genitor renidet.  
His cede Divis sidera, Perseu,  
His cede &, Arcas; nobilioribus  
Male occupatum cede Coelum,  
Andromedes genitor, triumphis.  
Tua quid orbis prole beatius  
Habere caepit; quas sociaverit  
GIBERTUS artes cernetandem;  
PALLAS ADEST MELIORE SEXV.

*Iulius Caesar Gaticus Acad. Anim.*